



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Scire esse vnam Ecclesiam Catholicam, omnibus est necessarium. tit. 184

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

patris. Et contingit sicut seruo illi nequam, Matthæ.
 & qui illicò amisit acceptam gratiam regis, quia no-
 uit commisereri conserui. Labes ergò schismatis tol-
 lit gratiam acceptam. Tertius, Pluris est vnitas & cõ-
 cordia, quàm Eucharistia vel etiam baptismus. Bap-
 tismur in vnum corpus, primò Corinthiorum. 12.
 Communicando efficitur vnus panis, 1. Corint. 12.
 Penitentia reconciliamur Deo & proximo, Ioã. 20.
 Quorù remiseritis peccata: sed nunquid remissio est
 in odio? Omnia ergo sacramenta propter vnitatem
 sunt instituta. Ergo qui non habet illam, ei sacramen-
 ta sunt medicina sine fructu. Summa, Nihil Deo pla-
 cet extra vniõnem, 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidẽ
 &c. Ideò Epistola 165. Si angelus de cælo &c. Salubri-
 us est, mori in vnitatem Catholica sine sacramento &
 cæt. Non ergo retinet efficaciam sacramenti, qui re-
 cedit ab Ecclesia.

Sathan non multum curat, quid credas, & tua sa-
 cramenta, cæremonias, omnia illa non multũ impu-
 gnat, sed quatenus destruat vnitatem, & te extra il-
 lam locet, &cæt. tunc enim scit tibi nihil prodesse, 1.
 Cor. 13. Si habuero omnem fidem, &c.

SCIRI ESSE VNAME CCLL-
 siam Catholicam, omnibus est
 necessarium.

TITVLVS CLXXXIII.

Primò, August. Epistola 170. Esse vnam
 Ecclesiam diffusam per totum orbẽ ter-
 rarũ, nulli ignorare licet: nam qui hoc
 ignorat, articulum vnum fidei ignorat,
 Credo vnam Ecclesiam Catholicã. Qua
 re non sufficit dicere simpliciter, Credo in Chri-
 stum: sed dicendum, Credo in vnitatem Ecclesiæ in
 Christum. In hoc articulo fidei deficiunt sectæ om-
 nes

nes. Si enim hoc crederent, non se per schisma separarent. at cum fides est rotunda sicuti annulus, ergo sufficit aliquos articulos credere sed omnes oportet credere. Qui enim in vno offendit, fit omnium reus. Est enim Deus spiritus sanctus, in omnibus articulis verus, & c. Secundò, scire oportet quemlibet Christianum, quod extra vnitatem Catholice Ecclesie nihil utile est, neque fides, oratio, ieiunium, sacramentum & c. 1. Corinth. 13. Si non habuero charitatem, nihil prodest. Ideò non sufficit simpliciter facere opus, sed Deus etiam attendit, quo animo fit, vtrum in charitate, an odio proximi, & c. Genes. 4. Respexit Deus primò ad Abel, subindè ad munera eius. Sic iubet peccatum reconciliari fratri ante munus Altaris. Mat. 5. At inquires: Cur Deus etiam non respexit sacrificium Cain? Respond. Quia in odio fratris sui Abel fecit. Sic est omnis cultus schismaticorum. Ad odium vel charitatem respicit Deus. Rex Saul offert holocausta alioquì præcepta & placata, sed quoniam id fecit contra obedientiam Dei, audit: Melior est obedientia & cæt. 1. Reg. 15. Sic cultus sectarum est extra Ecclesiam & contra vnitatem.

Tertiò inquires: Dura est hæc sententia, Quid enim possunt ad hoc infantes, si in schismate baptizantur, quòd debeat esse illorù baptisus inefficax? Respon. Non homo, sed spiritus sanctus & Christus hanc sententiam dicit, Mat. 5. Reconciliari fratri tuo, & c. Cor. 13. loquitur per Paulum spiritus sanctus. Verè dura & terribilis est hæc sententia, sed ideò pronuntiatur, vt schisma caueatur. Sic 1. Cor. 6. Eph. 5. Qui talia faciunt, regnum Dei non possidebunt. Etiam dura est sententia, attamè vera: & ideò denunciatur, vt peccata caueantur, Non sequitur, dura & terribilis est hæc sententia, ergo non vera.

Quartò, de infantibus: Quid enim nos possumus ad hoc, quia in peccatis originalibus concipimur & nascimur,

ascimur, Psalm. 50. Eccè in iniquitatibus conceptus
 sum: quid ad hoc potest puer, quia in peccato origina
 li nascitur? Attamen nisi crediderit in Christum, &
 baptizatus fuerit, damnabitur, Mar. vlt. Sic infantes
 baptizati in schismate, aut à parentibus coacti extra
 Ecclesiam manere, licèt ipsi nihil ad hoc contradicere
 possunt, nisi tamen redierint ad vnionē Ecclesiæ Ca
 tholicæ, postquā agnouerint veritatē, non saluantur
 Gal. 5. Sectæ regnum Dei non possidebunt. Sed de ig
 norantibus nouit Deus suum iudicium: ergò pueri
 clamabunt in nouissimo die aduersus suos parentes,
 qui se spoliârunt vnione Catholica. Ergò hæc scire o
 portet. Et si in baptismo gratiã accipiant, ilicò tamen
 labes schismatis tollit, & redeunt peccata, sicuti con
 trigit seruo nequam, Matt. 25.

SENTENTIA AVGVSTINI

& aliorum doctorum, de vnitae
 Ecclesiæ.

TIVLVVS CLXXXV.

PRI Mò, Augustinus de vnico baptismo
 contra Petilianum, cap. 9. Et Episto. 171.
 Christus totum orbem redemit, ideò so
 la vna est Catholica Ecclesia, per totum
 orbem diffusa, 1. Timot. 2. Deus vult om
 nes homines saluos fieri. Contra Petilianum inquit:
 Hoc à maioribus traditum accepimus, hoc in Eccle
 sia Catholica, quæ toto orbe diffunditur, custodimus
 & facimus, hoc contra omnes nebulas falsitatis de
 fendimus: si quis extra vnitatem ecclesiæ fuerit
 baptizatus, inesse illi quidē baptismum sed non pro
 desse propter labem schismatis & discordiæ, Mat. 5. in
 quit Christus: Vade primùm reconciliari fratri tuo,
 1. Corint. 13. Si habuero omnem fidem &c. Et libr. 4.
 contra Donatistas cap, 18. Hæreticus extra Ecclesiam
 licèt,